Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



V. Gratiae quod dns pie est ds V. Pie fecit nos et non ipsi nos. nos
autem plebs eius et oves pascuae eius. Secundum Lucam
In illo tpe assumpsit ihs duodecim discipulos
suos et ait illis. Ecce ascendimus hierusalem: et con-
sumabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas
de filio hominis. Tradetur enim gentibus: et illudet-
et flagellabitur et conspuet. Et postquam flagel-
lauerint occident eum: et die tertia resurget. Et ipsi
nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud
absconditum ab eis. et non intelligebant quae di-
cebantur. Factum est autem cum appropinquaret iere-
cho caecus quidam sedebat secus viam mendicans
Et cum audiret turbam praeterire: interrogabat
quid hoc esset: Dixerunt autem ei. quod ihs naza-
renus transiret. Et clamavit dicens. Ihu fili dauid
miserere mei. Et qui praeibant increpabant eum
ut taceret: ipse vero multo magis clamabat. Fili da-
uid miserere mei. Stans autem ihs: iussit illum
adduci ad se. Et cum appropinquasset: interrogavit
illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit
Domine ut videam. Et ihs dixit illi. Respice
fides tua te salvum fecit. Et continuo vidit: et sec-
batur illum magnificans deum. Et omnis ple-
bs ut vidit dedit laudem deo. Off. Credidi propter quod
locutus sum ego autem humiliatus sum nimis. Domine secundum
misericordiam tuam vivificabis me. Domine secundum misericordiam tuam
vivificabis me. Secreta. Haec hostia quaesumus domine emundet nos de
delictis. et sacrificium celebrandum sub divortio tibi
corpora mentesque sanctificet. Com. Panem de caelo dedisti eis domine
habentem omne delectamentum et desiderium cor attribuit eis dns non

sunt transdata a desiderio